

PETRVS GALESIUS

LECTORI SALVTEM.

LEADER
SOLUS



Artyrologij scriptio, & usus in ecclesia Dei peruetus est. Vix dum enim bellum, omni imbutum odio, contra nos traxerat; cum eorum, qui pro fidei defensione; proque euangelio dimicationes enixe suscepserant, res fortiter, diuinitusque gestae, in libros, aut in commentarios relatæ sunt quam diligentissime. Cuius rei argumento præter cætera, quæ multa superioribus litteris enucleate præscripsi, illud etiam est, quod Gregorius Magnus, idemq. Sanctissimus Pontifex, narrat, se omnium penè martyrum, distinctis in singulos dies cruciamentis, & necibus, collecta, in uno codice nomina habuisse: quotidieque in eorum veneratione Missarum solemnia egisse. Immo & ecclesiæ perpetua consuetudine, & patrum institutis, & antiquo canone liber martyrologij in ijs ipsis est, quorum delectus ecclesiastici ordinis hominibus præscribitur. Quæ sane res cum ita se habeat; ego sane, quo primùm tempore, sum tanti operis, tamque necessarij scriptionem aggressus, in omnes partes me valde excitaui,

NIVS
EM.
sus in eccl
dum enim
odio, cōtra
corum, qu
que euang
scēperant,
zestæ, in li
iligeniū
ulta supē
est, quod
ifex, nar
gulos dies
ce nomina
issarum fo
etudine, &
artyrologi
inis homi
abeat; ego
amque ne
s me valde
excitau,

excitaui, vt illam, pro ingenij mei viribus, recte conficerē:
& confeci tandem, Deo bene iuuante. At sane quale opus
sit, quod præstiterim, pro tua prudentia ipse videbis. Ego
vero libere affirmare possum, me in eo contexendo operā,
diligentiamque posuisse, vt potui, maximam. Sin autem
nec rerum, quæ & graues, & vtiles, non verbis solum, sed
sententijs etiam accurate dilucideque explicari debuerant,
tractatione, neque orationis cultū, tibi fortasse aliquando
videor non asscutus, quod in opere hoc præstari oport
erat: tuæ tamen Christianæ charitatis est, fauere certè in
primis voluntati meæ: in qua, vel ex hac ipsa sc̄riptione,
facile perspicis magnum inesse desiderium adiuuandæ ec
clesiæ catholicæ, cuius gloriæ, utilitati, & amplitudini ser
uire omnes debemus summo studio, summaque indu
stria, Vale.

PETRO